



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

49. Princeps ad obsidionem se parat. Causes divulgat. Castra in agro suburbano locat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1660.

482 CHRISTOPH. BERNARD.

continuato per id tempus Urbanae pecu-
dis abactu exasperatores, centeni aliquot
irruptione facta, Caesareanum militem,
Et Mili- in vicis *Aldenberga & Nortwald*, secu-
ti Casa- rius hospitantem, sub tempus antelucanum
reano in opprimunt, Vigiliarum Magistro & altero
ferunt. equite trucidatis, plures spoliant, capiunt,
& cum equis octodecim phaleratis, in Ci-
vitatem inducunt. Per simile biduo post
in pago *Havickesbeck*, sed frustra ten-
tatum.

49. Enimvero Princeps, quot facta, tot
Princeps injurias interpretatus; clarigationem nulli
ad obsi- adversus Dominantes subdito licitam; su-
dionem pra germanici miliaris ab urbe distantiam
separat. iter facientes molestari; de praetereuntibus
agi praedas; sibi insidias strui; popu-
labundum militem in Dicecesi saevire;
in expectato latrocinio trucidari suos; &
ipsum quidem opprimi Caesaris militem;
iis de mediis capit cogitare, quibus ob-
tundi grassantium insolentia, & viarum
posset securitas procurari. Emissariis sta-
tim manipulis palantes ruri terret, co-
hibetque; ac dato in vulgus libello latius
Causas exaggerat *Monasteriensium temerita-*
divul- tem. Qui iuri, iustitiaque praferant ar-
gat. ma, nec alium nunc, exemplo *Corsus*
inter DEOS, hominesque; Judicem velint,
quam Martem. *Necessitate quietis pu-*
blica, & periclitantis patria saluta-
rapi

rapi se ad capessenda ea tandem consilia, quibus jura, auctoritatemq; Principis non minus ipse tueri, quam injuriis omnes à cervicibus subditorum propulsare queat. Testatur insuper, Commissioni Casarea adversum, nihil, se meditari; nec in quoquam ei derogatum velle; sed initurum viam, quam contra hujusmodi grassatores, ceu tritam, ipsius Leges Imperij præmonstrarent.

Ergo præmissis ad DEUM supplicationibus, votisque publicis (quæ rebus agendis pia sunt initia) obsidionem tertiam & ultimam decernit. Evocato è fortalitiis ac præfidiis milite, comprimendis pupulationibus vias primùm obsideri, copiis dein collectis die secunda & vigesima Julij, infra Urbem, in agro *Mariafeldensium*, castra metari facit. Isthic *in agro* primam quoque stationem & Castellum *suburbano* Marianum ad alveum Alphæ designârat. *no locat.* Cui statim erigendo, dum miles occupatur, postridiè è porta Judefeldianâ Urbani erumpunt, sed brevem post velitationem desideratis duodecim, nec pauciore numero vulneratis, Urbem relegere coacti. E Principis militiâ dissecti quatuor equi, & equitum unius pes sinister, glande tormentariâ ablati, nec aliud continuis quinquaginta è vallo tormentorum ejaculationibus effectum.

A quo